Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xcv.

Feria sexta in die parasceuen hora competenti induant se sacerdotes et ministri casulis nigris si habentur alias simplices in albis absque luminaribus et incenso cum silentio ad altare accedant ubi omnes prostrati diutius orent. Interim autem ministri unam tintinnabulum mundissimam extendant super altare mundum. Completa uero oratione sacerdos osculato altari ascendat sedem: et unus de maioribus incipiat lectionem sui tituli.

In tribulatione sua mane consurgent ad me dicentes. Venite et reuertamur ad dominum quia ipse cepit et sanabit nos: percutiet et curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos. Et uiuemus in conspectu eius: sciemus sequamurque ut cognoscamus dominum. Qui diluculum paratus est egressus eius: et ueniet nobis qui imber temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi ephraym? Quid faciam tibi iuda? Misericordia uestra qui nubes matutina: et qui ros mane pertransiens. Propter hoc dolabi in prophetis: et occidi eos in uerbis oris mei. Et iudicia mea quasi lux egredientur: quia miseriam uolui et non sacrificium. Et scientiam dei plus quam holocaustum.

Omne audium audium. tractus. timui et timui consideraui opera tua et expaui. ℣. In medio duum animalium innotescis dum appropinquauerint anni cognoscaris dum aduenerit tempus ostenderis. ℣. In eo dum conturbata fuerit anima mea in ira mihi memor eris. ℣. Deus a libano ueniet et sanctus de monte umbroso et condenso. ℣. Operuit celos maiestas eius et laudis eius plena est terra. dicat sacerdos. Oremus. Diaconus. Flectamus genua. Leuate.

Deus a quo et. oratio. iudas reatus sui